Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gladium meum & interficiam de
re hominem & iumentum & erit ter
ra egypti in desertum & in solitudi
nem & scient quia ego dominus.
et eo quod dixeris fluuius meus
est & ego feci eum. Idcirco ecce ego
ad te & ad fluuiua tua. Dabo que
terram egypti in solitudinem gla
dio dissipatam a turre syenes usq
ad terminos ethyopie nõ pertãsib
eam pes hominis neq pes iumẽ
ti gradietur in ea & nõ habitabitur
xl annis. Dabo que terram egypti
deserta in medio terrarum deser
tarum & ciuitates eius in medio
urbium subuersarum erunt de
solate xl annis & dispersam egyp
tios in nationes & ventilabo eos
in terras quia hec dicit dominus
deus Post finem xl annorũ con
gregabo egyptum de populis in quibus
dispersi fuerunt & reducam captiui
tatem egypti & collocabo eos in ter
ra phatures in terra nativitatis sue
& erunt ibi in regnum humile. et
inter regna cetera erit humillima
et nõ elevabitur ultra sup nationes
et minuam eos ne imperent
gentibus neq erunt ultra domui
israel in confidencia docentes iniq
tatem ut fugiant & sequant eos
& sciant quia ego dominus deus
Et factum est in vicesimo & vno
anno in primo mense in prima
mensis factum est verbum dñi
ad me dicens. fili hominis. Nabu
chodonosor rex babilonis servire
fecit exercitum suum servitute
magna adversum tyrum. Omne
caput decaluatum & omnis hume
rus depilatus est & merces nõ est
ei reddita neq exercitui eius de tyro
pro servitute qua servivit mihi
adversus eam. Propterea hec dicit
dominus deus. Ecce ego dabo na
buchodonosor regem babilonis in
terra egypti & accipiet multitudi
nem eius & deprecabitur manubi
as eius & diripiet spolia eius & erit
merces exercitui eius & opi pro quo
servivit adversus eam & dedi ei
terram egypti pro eo quod laborā
verit mihi ait dominus deus. In
die illa pululabit cornu domus
israel et tibi dabo os aperiens in medio
eorum & scient quia ego dominus
deus sum eorum. XXX
Et factum est verbum do
mini ad me dicens. fili
hominis prophetia & dic hi
dicit dominus deus. Vlulate ve
ne diei quia iuxta est dies & appro
pinquat dies domini. Dies nubis
tempus gentium erit & venietur
gladius in egyptum & erit pauor
in ethyopia cum ceciderint vulne
rati in egypto & ablata fuerint mul
titudo illius & destructa fundamẽ
ta eius. Ethyopia & libia & lidi &
omne reliquum mistus. et chub
et filii terre federis cum eis gladio
cadent. Hec dicit dominus deus
Et corruent fulcientes egyptum
& destruetur superbia imperii eius
a turre syenes usq ad terminos
ethyopie gladio cadent in ea ait